

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Occupatio animae Jesu Christo crvcifixo devotee.**

**Leroy, François**

**Pragae, 1666**

§.2. Habitationis in Christi vulneribus multæ ac pretiosæ utilitates.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47123](#)

babito, & quibus vescitur cibis vescor, ac ibi inebrior sui potu, &c. Quod quidem quid aliud esse dicam; nisi jam, non hospitem & advenam, sed tanquam civem Christi viscerum, & domesticum cordis illius esse?

Ut igitur rem in pauca colligam: *Habitare in Christi vulneribus*, est Christi dolores ac vulnera perpetuò mente tractare; Iesu crucifixo ardenti amore inhærere; ex Crucifixi institutis ac disciplina vivere, eadem sentire, eadem loqui, & per omnia ejusdem moris & quasi coloris cum Christo crucifixo esse.

### §. 2.

#### *Habitationis in Christi vulneribus multæ ac pretiosæ utilitates.*

Quanta porrò, putas, talis habitationis sunt commoda? Quanta Christum incolere, & in Christo manere, felicitas? Quanta securitas in illis foraminibus petræ, in illa sublimi & munitissima arce pectoris Christi? Quanta pax & quiete in illo secreto tabernaculo, atrio cœli, vestibulo supreme felicitatis? Quantæ deliciae in ipso corde Crucifixi, in illa cella vinaria, apotheca coelestium gratiarum? Quantæ divitiae in illo gazophylacio divinitatis? Ibi nimirum (ut pluribus infra demonstrabimus, cum privatim agemus de delicijs cordis Christi) ibi inquam est securitas à malis, vacuitas à curis, quiete à laboribus, silentium cupiditatum, soporatio sensuum, ebrietas animæ, transformatio spiritus, oblivio mundi, amissio sui, sapor, gustus, amplexus & intima possessio dilecti.

Quin (ut & hoc addam) non mens hominis duntaxat in Christo crucifixo habitans, in eo tam blandè ac delicate acquiescit; verum & corpus etiam ipsum, vi ejus supremæ & ineffabilis contemplationis, sensim tanquam Christiforme effectum, & ad diuinæ Christi crucifixi impressiones su-

Tt

scipi-

suscipendas aptatum, in ijsdem Christi vulneribus suam & ipsum quietem invenit, & eorum quodam gustu pascitur, illecebrāq; tenetur admirabili, ægrè ut deinde ab ijsdem possit avelli. Quod etsi videtur incredibile, id tamen Seraphico Doctori credamus licet, talium utique non inexper-

*p. 1. ſim. c. 10.* Ejus hæc verba sunt, loco superius laudato: *Crede mihi  
ō homo! quia si in ipsum (scilicet Christum) per haec angustias  
foramina intrare volueris, non solum anima, sed etiam qua-  
tem ac dulcedinem mirabilem inveniet corpus tuum: & quod  
carnale est, & ad carnalia tendit, ex illo vulnerum introitu fa-  
deo spirituale, ut cæteras, præter eas quas ibi sentit deliciis,  
repues esse nihil. Unde post pauca ita concludit: Et, fita ac-  
cidit de corpore, quanta credis animam frui dulcedine, que  
per illa foramina conjungitur cordi Christi? Certe exprimere  
tibi nequeo; sed experiri, & scies.* Haecen S. Bonaventura.

Audiamus ad extremum S. Bernardum, illam anime sanctæ in Christi plagiis commorationem; ex eo magnifice & exaggeratè commendantem, quod anima in illis habitanſ, quasi extra ictum aut sensum sit tormentorum sui corporis: quippe quæ in illo jam non commoretur, sed altè immerſa sit intimis Christi visceribus; ex quo illa loco exultans, videt circa corpus suum occupatam carnificum infamiam, quasi hæc ad ipsum non magis pertineat, quād alii eno exerceatur in corpore. Ita enim ille de sancto Martyno in Christi vulneribus habitante: *Enimvero non senties su-  
cūm illius vulnera intuebitur. Stat martyr tripudians & tri-  
umphans, toto licet laceretur corpore, & rimante laterafrin-  
go, non modò fortiter, sed & alacriter sacram è carne sua cir-  
cumspicit ebullire cruorem. Ubi ergo tunc anima martyris?  
Nempe in tuto, nempe in petra, nempe in visceribus IESU, vul-  
neribus nimirum patentibus ad introendum. Si in suis effet vi-  
sceribus, scrutans ea ferrum profectò sentiret. Nunc autem in  
petra habitans, quid mirum si in modum petra duruerit? si  
negat*

neg, hoc mirum, si exul à corpore dolores non sentiat corporis.  
Neque hoc facit stupor, sed amor. submittitur enim sensus, non  
amittitur; nec deest, dolor, sed superatur, sed contemnitur.

## C A P V T X V I .

Eadem anima Crucifixum amantis studia, non-  
nullis figuris aut emblematis adumbrata.

### §. 1.

Anima sancta, columba nidificans in vulneribus  
Crucifixi.

**D**Enunciabat olim Propheta: Relinquite civitates, & Jerem. 48  
habitare in petra, habitatores Moab; & estote quasi  
columba nidificans in summo ore foraminis. Idem tibi modò,  
sed altiore sensu denunciatum existimes. Relinque civita-  
tes, fuge tumultum hujus saeculi, solitudinem ama, quare  
secreta; ipsum etiam curarum cordis tui strepitum, & tot  
superfluarum cogitationum turbam devita. Temetipsum,  
quoad fieri potest, tibi ipse suffurare & eripe, de te toto to-  
tus egredere, & demigra in Petram, quæ Christus est. In-  
istius petra felices latebras, profundè te penetra, intra ca-  
vernas & hiatus vulnerum, & te totum penitus abde. Esto  
quasi columba pennis dargentatis; & in summo ore fora-  
minis, in plaga lateris, intrâ ipsa viscera & cor Christi, tu-  
tam tibi domum, dulcesq; nidos constitue. Istuc enim & te  
provocat Sponus verbis illis amoris ac desiderij plenissi-  
mis: Surge, inquiens amica mea, speciosa mea, & veni: co- *Cant. 2.*  
lumba mea, in foraminibus petrae, in caverna maceriae. Quibus  
quidem id à te contendit, ut instar teneræ & amabilis co-  
lumbæ, in sacris suis vulneribus libenter habites. Nam fo-  
ramina petrae, inquit B. Petrus Damiani, sunt quinque vulne- *L. 7. ep. 19.*  
T t 2 ra Re-